







# R E C T O R ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vemadmodum cum in veteratis morbis comparatum novimus, ut non simul & semel, sed successivè tollantur: Ita cum detestando pennisimo malo, quod intra quadraginta plus minus annos in Academiis Germaniæ sensim radices egit altissimas, & ipsius abrogatione rem sese habere, non sine gemitu comperimus. Nihil internisimus eorum, quibus curari posset hæc Babel, sed tamen adhuc superesse reliquias, recidivæ metum injicientes, nisi tempori contraveniatur, magis magisque certiores indies evadimus. Invenias enim, qui Patrem suum *μυριοτεχνίτην* imitati tesseri occultis & vix penetrabilibus, licet aliàs in vestitu satis mundi conspiciantur, à veteranis discernantur: videas rursus ad lacerum istum vestitum mendicabilis dignum revertentes: invenias absolutionis vota per schedas occultè ostiatim quasi colligentes: videas rursus actionibus istis pennisimicis alio nomine incrustatis agendo & patiando vacantes, imò pœnas scholasticas, etiam publicas, suffraganeasque de quibus habentes ad vomitum redire, relegatosque telam nequitiae quoad antenus interruptam dubio procul redintegratos in hoc loco iterum conspici deprehendas. Ut præposterè agentes ab his initium faciamus, non diu est, cum affixis ex loco publico programmatibus propter actiones pennisimicas ad certum temporis spacium

*NICOLAUM Eust/ Nebrà Thuringum &*

*JOHANNEM Hase/ Grimmitzschavià Misnicum*

ab hac Academia relegavimus, sed tamen contra Sacramentum solenne à se dictum, & citra metum crescentis pœnæ ante præterlapsum tempus, ceu ferales aves, nil nisi malum portendentes, eosdem oculis nostris observari videmus. Quæ res pessimi exempli cum disciplinæ Academicæ jugulum petat, vi statutorum utrumque, Te

*NICOLAUM Eust/ Nebrà Thuringum*

& Te

*JOHANNEM Hase/ Grimmitzschavià Misnicum*

ex hac Academia in perpetuum relegamus, excludimus, & tanquam noxia membra penitus abscindimus, ne unquam in hæc Musarum sacraria pedem referatis, nisi Senatui oppidano, cui jus apprehensionis in ejusmodi casibus competit, tradi, aut in ipsam aulam Serenissimam, ut immorigeris aliis exemplo sitis, deferri velitis, severè præcipientes. His, quod contra tot dehortationes & pœnas exemplares recens ex Scholis trivialibus adventitibus, quos *χολαλιπτεκας* vocant, caudam vulpinam eosdem vexando & argento emungendo abscideris, Te

*JOHANNEM MICHAELEM Hering/ Bühlà Thuringum*

jungimus, quem tanquam protervum Magistratus contemptorem & legum Academicarum transgressorem ad biennium ab hac Academia relegamus, ut statim convales, & ante solis abortum portâ excedas, nec ante præfinitum tempus hoc in loco te conspici sinas, nisi quod statuta in ejusmodi præfractos decernunt, experiri velis, his ipsis jubentes. Spectatoribus & assessoribus hujus fabulæ, pœnâ mitiore contenti, jam quoad antenus parcimus, hoc tamen omnibus & singulis, si quis in posterum ejusmodi actionibus vacaverit, aut interfuerit, aut forte fortunâ superveniens, aut de redimenda cauda vulpina postulatus Magistratui Academico non statim indicaverit, quod ex hoc loco publicè relegandus sit, edicimus. Cumque Serenissimus Elector noster ad Academiam hujus mali extirpandi causa iterum rescripserit, per salutem suam, quos salus adhuc ipsa servare potest, omnes & singulos in hac Academia studiorum gratia viventes, juniores præsertim, ut edicto pennisimi cassatorio per omnia se conforment, paternè monemus. Si quis instantibus nundinis ex junioribus vestem non mutaverit, ut ut haec tenus tolerabili forinsecus amictu incedens Magistratui glaucoma objecerit, aut ad lacinias istas catharmatum publicorum redierit, aut ullam discretionis inter veteres novosque studiosos notam conspici in se passus fuerit, quod voluntati Serenitatis Ipsius enixissimæ satisfiat, is relegatione publicâ se tanquam contemptorem Magistratus & societatis hujus carcinoma pœnam exemplarem daturum, certò sciat.

P. P. Xmo Cal. Apr. Anno M DC LXII.



... ..

... ..

... ..


... ..

... ..

... ..


... ..







# RECTOR ET CONSILIUM PERPETUUM IN ACADEMIA LIPSIENSI.



Vemadmodum cum in veteratis morbis comparatum novimus,



enim, qui  
conspiciat  
tentes: in  
pennaliffi

que deq; habentes ad vomitum redire, relegatosq; totam nequicia quadantenus interruptam cubio procul redintegratos in hoc loco iterum conspici deprehendas. Ut præposterè agentes ab his initium faciamus, non diu est, cum affixis ex loco publico programmatibus propter actiones pennalifficas ad certum temporis spacium

*NICOLAUM Eust/ Nebrà Thuringum &*

*JOHANNEM Hase/ Grimmitzschavià Misnicum*

ab hac Academia relegavimus, sed tamen contra Sacramentum solenne à se dictum, & citra metum crescentis pœnæ ante præterlapsum tempus, ceu ferales aves, nil nisi malum portendentes, eosdem oculis nostris obversari videmus. Quæ res pessimi exempli cum disciplinæ Academicæ jugulum petat, vi statutorû utrumq; Te

*NICOLAUM Eust/ Nebrà Thuringum*

& Te

*JOHANNEM Hase/ Grimmitzschavià Misnicum*

ex hac Academia in perpetuum relegamus, excludimus, & tanquam noxia membra penitus abscindimus, ne unquam in hæc Musarum sacraria pedem referatis, nisi Senatui oppidano, cui jus apprehensionis in ejusmodi casibus competit, tradi, aut in ipsam aulam Serenissimam, ut immorigeris aliis exemplo sitis, deferri velitis, severè præcipientes. His, quòd contra tot dehortationes & pœnas exemplares recens ex Scholis trivialibus advententibus, quos *χοιλαώπικας* vocant, caudam vulpinam eosdem vexando & argento emungendo abscideris, Te

*JOHANNEM MICHAELEM Hering/ Bühlà Thuringum*

jungimus, queni tanquam protervum Magistratus contemptorem & legum Academicarum transgressorem ad biennium ab hac Academia relegamus, ut statim convales, & ante solis abortum portâ excedas, nec ante præfinitum tempus hoc in loco te conspici sinas, nisi quod statuta in ejusmodi præfractos decernunt, experiri velis, his ipsis jubentes. Spectatoribus & assessoribus hujus fabulæ, pœnâ mitiore contenti, jam quadantenus parcimus, hoc tamen omnibus & singulis, si quis in posterum ejusmodi actionibus vacaverit, aut interfuerit, aut forte fortunâ superveniens, aut de redimenda cauda vulpina postulatus Magistratui Academico non statim indicaverit, quòd ex hoc loco publicè relegandus sit, edicimus. Cumq; Serenissimus Elector noster ad Academiam hujus mali extirpandi causâ iterum rescripserit, per salutem suam, quos salus adhuc ipsa servare potest, omnes & singulos in hac Academia studiorum gratia viventes, juniores præsertim, ut edicto pennalismi cassatorio per omnia se conforment, paternè monemus. Si quis instantibus nundinis ex junioribus vestem non mutaverit, utut hætenus tolerabili forinsecus amictu incedens Magistratui glaucoma objecerit, aut ad lacinias istas catharmatum publicorum redierit, aut ullam discretionis inter veteres novosq; studiosos notam conspici in se passus fuerit, quòd voluntati Serenitatis Ipsius enixissimæ satisfiat, is relegatione publicâ se tanquam contemptorem Magistratus & societatis hujus carcinoma pœnam exemplarem daturum, certò sciat.

P. P. Xmo Cal. Apr. Anno M DCLXII.